

Foaia

pentru

Minte, Anima si Literatura.

N^o. 20.

Mercuri 30. Maiu

1862.

SAMUELIS KLEIN
HISTORIA DACO-ROMANORUM SIVE VALACHORUM.

C a p u t VIII.

Professio Clerique postulatum Viennam mittuntur. Resolutio Regia intuitu Unionis Archi-Eppus Strigoniensis suum manifestum in Tranniam mittit. Theophilus moritur.

Absoluta Synodo Archi-Eppus Theophilus medio Patris Bárányi suae Ecclesiae professionem et postulata Viennam expediri fecit et Caesari insinuari Ecclesiae suae unionem. Expeditionem ergo hanc ad Caesarem Pater Bárányi composuit; ex postulatis Cleri ea apposuit, quae nullam difficultatem, et aliqujus longioris deliberationis moram facerent, ne nimirum, deliberando et disputando de iis, unionis negotium impediretur, sed potius sub generali nomine postulata expressit, ut eadem immunitate, libertate et privilegiis ac praerogativis uniti gauderent ac fruerentur, quibus Latini Catholici. Verum unio haec, ut fautores, ita et adversarios Viennae nacta est quamplurimos, qui sinistre Caesarem informare studebant, difficultates interponere non cessabant. Ast Pater Bárányi Provinciali Jesuitarum, Patri Gabrieli Hevenesi, et Archi-Eppo Strigoniensi Cardinali a Kallonich, scripto significavit totum negotium Tranno-Valachicae Ecclesiae, rogabatque eos, ut potenti suo patrocinio, huic unioni assisterent. Caesarique omnia referrent. Archi-Eppus Strigoniensis, et P. Hevenesi ita apud Caesarem egerunt, ut Caesar lubens per Regium Tranniae Gubernium, promulgandam resolutionem dederit hujus tenoris: „Qui ex sacerdotibus Graeci Ritus Valachis, edita professione, ad observantiam Ritus Graeci apud Catholicos cum agnitione summi Pontificis se declaraverit, gaudebit privilegiis sacerdotum Catholicorum; qui vero ex iisdem Ritus Graeci sacer-

dotibus, dictam professionem sibi faciendam non putaverit, vel etiam uni ex aliis receptis Religionibus se univerit, aut etiam in suae Religionis statu quo nunc est, permanendum sibi duxerit, gaudebit illius Religionis privilegiis, ad quam se declaraverit, aut etiam in suae Religionis statu eo jure, quo nunc habetur, porro habebitur.“ Haec resolutio Regia anno 1698, die 14-a Aprilis, quam etiam sequenti anno 1699, die 6-ta Augusti, denuo emanavit. Huic Regiae resolutioni Archi-Eppus Strigoniensis, suum sequentibus adjunxit: Nos Leopoldus miseratione Divina S. R. E. Tituli S. Hieronymi Illyricorum Praesbiter Cardinalis a Kallonich Archi-Eppus Strigoniensis Locique et Comitatus ejusdem supremus ac perpetuus Comes, Primas Regni Hungariae, Legatus natus, summus Secretarius, et cancellarius, S. Joannis Hierosolymitani ordinis Prior, et Commendator Egne, Maylbergae, S. Caeso-Regiaeque Majestatis intimus consiliarius actualis, omnium ad quorum manus praesentes venerint, maxime vero Graeci Ritus Valachicis sacerdotibus per Hungariam, Tranniam, partesque eidem adnexas existentibus, salutem in Dno sempiternam. Notum facimus tenore praesentium, quibus expedit universis, quod alte libata Sacratissima Regiaeque Majestas Leopoldus I. Romanorum Imperator semper Augustus, die 14-a mensis Aprilis anni currentis Clementissime resolverit, „qu ex Sacerdotibus Graeci Ritus apud Catholicos cum agnitione Summi Pontificis se declaraverit, quod iisdem prorsus juribus, privilegiis, exemptionibus, ac immunitatibus frui ac gaudere debeat, quibus Sacerdotes Romano-Catholici, siye Ritus Latini, juxta Sacrorum Canonum Sancita et Divorum Hungariae Regum Statuta frui ac gaudere dignoscuntur“ quam benignissimam resolutionem Suae Majestatis Sacratissimae intelligentes, (praeter quam quod ingenti gaudio perfusi summus quod viam vobis aperiri audiamus, et

videamus, qua ad avitum Ecclesiae Romanae Catholicae gremium, Unionemque salvificam redire possitis, illud pariter muneris vestri et Pastoralis curae, qua per Hungariam universam, uti et Regna ac Provincias eidem annexas, ut Primas Hungariae, et Legatus natus fungimur, vique auctoritatis nostrae Archiepiscopalis Metropolitanae Strigoniensis speciali Sacrae sedis Apostolicae Privilegio nobis concessae, esse duximus, ut nostrum vobis omnibus ad unionem cum Ecclesiae Romano-Catholica redeuntibus, ac redituris favorem specialem, in omnibus protectionem offeremus, quod etiam tanto efficacius praestabimus, quanto vos in dictae Unionis professione, ac conservatione ferventius ea nimirum omnia quae S. Mater Ecclesia Romano-Catholica docet, profitetur ac credit, privatim ac publice docendo, profitendo ac credendo, speciatim vero quatuor illa puncta in quibus hactenus potissimum deviasse videbamini protestando extiteritis, 1-mo nempe Romanum Pontificem caput Universae totius diffusae per orbem Ecclesiae. 2-do Panem azimum esse sufficientem materiam summendae coenae Dominicae seu sacramenti Eucharistiae. 3-tio praeter coelum, sedem beatorum et inferum, carcerem damnatorum, tertium dari locum in quo animae defunctorum nondum satis expiatae, detinentur ac purificantur. 4-to demum Spiritum sanctum tertiam in Trinitate personam a Patre et Filio procedere; quod dum facietis non solum a Deo bonorum omnium Largitore in presenti quidem vita uberem suarum Gratiarum influxum, ac largiorem in temporalibus benedictionem, in futura vero aeternam felicitatem sperare poteritis; verum etiam speciatim Augustissimi Caesaris favore ex Regiae potestatis plenitudine tum Personae vestrae, tum Ecclesiae reliquaque ad eadem spectantia, immunitate ac exemptione pari condecoramini, qua Ecclesiae, Personae, resque Ecclesiasticae Latini Ritus ex Sacrorum Canonum prescripto effectu perfruntur. Et si quis hoc suae Sacratissimae Majestatis Decretum ausu temerario contemnere, aut praedeclaratae huic Ritus Graeci Unitorum immunitati Ecclesiasticae, aperte vel occulte ullo sub praetextu, aut utiam praetensi usus et consuetudinis, ante quam uniretur, sub velamine contraire praesumeret iis prorsus poenis tum ab Ecclesiastici tum a saecularis fori iudicibus tum etiam ab Augustissimo Caesare si opus fuerit, infligendis, abnoxius erit, et subiacebit, quas fidelium Latini Ritus immunitatem Ecclesiasticam laedentes, de jure ac consuetudine incurrunt. Ac insuper in hujus

Ecclesiae immunitatis usu universi Dni, Gubernium Regium, Magnates, Supremi Capitanei, ac Judices Regii siculicalium pariter ac saxonicarum sedium; omnes denique tum Ecclesiastici tum saecularis fori iudices et justitiiarii, si coram eis in praedeclarata immunitate vos laesos esse quaesti fueritis, eorumque auxilium et assistentiam imploraveritis, iudicium ac justitiam non secus ac aliis S. Matris Ecclesiae fidelibus eadem immunitate gaudentibus administrare debent, et tenebuntur. Quod si praestare intermitterent, nobis ac successoribus desuper relationem feceritis, ut malo tam evidenti severiori etiam manu modera tempestive adhibeatur adlaborabimus. Datum in Curia Commendae Nostrae Maybergensis beneficiatae Viennae Austriae die 2-da Mensis Junii, anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo. Leopoldus a Kolonich Archi-Eppus Strigoniensis. ¶

Haec dum Viennae agerentur ac in Tranniam mitterentur, Theophilus Archi-Eppus mense Julio fati cessit. Periclitabatur postea totum Unionis negotium; nam Tranni Magnates, ac terrestres Domini, aliique officiales, qui plerique acatholici erant, posthabita resolutionis Regiae reverentia, Valachorum Sacerdotes inurbane exagitabant, ac omni modo agebant, ut Unio impediretur, inquietes: jam vos uniti vultis esse, juvet, ac prosit vobis illa modo, et sic vexabantur nimiumque affligebantur.

C a p u t IX

Electio Athanasii in Archi-Eppum. Diploma primum Leopoldi Imperatoris de Unione.

Defuncto Theophilo Clerus pro more convenit ad electionem novi Archi-Eppi. Itaque unanimi quasi consensu eligunt Athanasium, virum Religiosum ac probatae vitae hominem, tum aetate, tum naturali prudentia gravem. Hunc secundum consuetudinem Bucarestum in Valachiam Transalpinam expediunt, ut ab Archi-Eppo Valachiae, et Exarcha Plagenarum, ac partium Hungariae, consecraretur. Reduci Athanasio in Tranniam, illico se Pater Bárányi insinuat, tractareque, ut prius fecerat, de unione inceptit, ac inducit ut Decessoris sui exemplum sequeretur unionique cum Romana Ecclesia, quae jamjam periclitabatur una cum sua Ecclesia subscriberet, promittebat P. Bárányi quod omnibus petitionibus decessoris sui Caesar satisfaciet. Itaque Archi-Eppus Athanasius aliam congregat Synodum, in qua negotium unionis denuo trac-

tandum assumitur. Graviq̄ue sermone Archi-Eppus Clerum populumq̄ue Daco-Romanum persuadet, ut uni-
oni cum Romana Ecclesia subscriberent, non vero ulli
alteri religioni adhaerent, Ritusque antiquos Patrum
suorum, salutare Crucis signum, Deiparae, sanctorum-
que invocationem, aliaque similia recensuit. Facile
autem Clerum et populum summe afflictum obedientem
habuit, dum-modo et Caesar, quae petierant adimplere
vellet. Interea nec Caesar suis deerat partibus, nam
in favorem unitorum tale Diploma dedit:

* Nos Leopoldus Dei gratia electus Romanorum
Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae
etc. Rex.

Memoriae commendamus tenore praesentium
significantes quibus expedit universis; quod cum im-
munitas Ecclesiastica qua Ecclesiae Ecclesiasticaeque
personae, ac res ipsarum gaudent, jure pariter divino,
ac humano, singulariter in Apostolico nostro Regno
Hungariae, ac Regnis Provinciisque eidem junctis et
connexis, Gratos Divorum Regum praedecessorum
videlicet nostrorum beatae recordationis Privilegiis,
Regni Constitutionibus sancita sit, cumque a Cae-
sarea Regiaque Majestate nostra, (utpote, quae spe-
ciali inter Reges Christianos praerogativam Regis
Apostolici obtinemus) adseri defendique condeceat,
justum videri, ut quos eadem fides et Charitas, ejus-
dem S. Ecclesiae Catholicae Unitate conjunxit, ejus-
demque S. Matris obedientes filios, eodem in Gremio
fovet, eodem denique sub capite, ejusdem corporis
commembra vivificat, exindeque Divini aequae ac hu-
mani favoris pariter reddit capaces, jure suo non de-
stituatur. Cum autem Nobis pro certo relatum sit,
gentem Valachorum, Graecorum et Ruthenorum, quae
hactenus schismatis labe laborabat adspirante Divino
Numine in variis Regnorum nostrorum Hungariae,
Croatiae, Sclavoniaeque partibus, uti et Tranniae, par-
tibusque eidem adjunctis, copiose ad unionem, et gre-
mium Sacrae Romanae Ecclesiae redire, omniaque
ea admittere, profiteri ac credere, quae Sancta mater
Ecclesia Romano-Catholica admittit, profitetur, ac
credit, et nominanter illa quatuor puncta, in quibus
potissimum hactenus dissenserat: 1-o Romanum Pon-
tificem esse Caput universale totius per orbem diffusae
Ecclesiae; 2-do Panem azimum sufficientem esse
materiam caenae Dominicae seu Sacramenti Eucha-
ristiae; 3-tio praeter coelum sedem beatorum et in-
fernum carcerem damnatorum, tertium dari locum, in
quo animae nondum expiatae detinentur, ac purifi-

cantur; 4-to Spiritum Sanctum tertiam in Trinitate
personam a Patre et Filio procedere.

Nos igitur zelantis Regis Apostolici muneri re-
spondere volentes, ex Autoritatis Nostrae Regiae
plenitudine per praesentes Benigne declarare volumus,
quatenus Graeci Ritus S. Romanae Ecclesiae uni-
torum tum Ecclesiae ipsae, tum Ecclesiasticae per-
sonae, tum earum res in praedictis Hungariae, Cro-
atiae, Sclavoniaeque Regnis, uti et in Trannia, par-
tibusque eidem annexis, eadem prorsus immunitate
Ecclesiastica gaudere debeant, qua Ecclesiae Perso-
naeque Ecclesiasticae; ac res fidelium S. Romanae
Ecclesiae Latini Ritus ex Sacrorum Canonum prae-
scripto, et terrenorum Principum consensu, indultis et
privilegiis effective perfrui gaudereque dignoscuntur,
cujus intuitu Nos etiam ulterius sub gravi indignatione
nostra Regia severe firmiterque mandamus, ut a prae-
sentium infra-declaranda publicatione nullos, cujus-
cumque status, Autoritatis, Dignitatis et praerogati-
vae potentiaeque fuerit, praedecaratae huic Graeci
Ritus unitorum immunitati Ecclesiasticae aperte vel
occulte nullo sub praetextu vel etiam praetensi usus
vel consuetudinis antequam unirentur sub velamine,
audeant contrariari, nec sacerdotes Romanae Ecclesiae
unitos Jobagyonum more tractare, ad robotas labores-
que et coloniales praestationes, etiam sub honorarii
titulo, cogere, incarcerare, eominus ob dictam unio-
nem persequi, loco, beneficio, aut parochia amovere
praesumant, iisdem prorsus sub poenis, tum ab Ec-
clesiastici, tum a saecularis fori iudicibus, tum etiam
si opus fuerit a Nostra Majestate infligendis, quas
fidelium Latini Ritus immunitatem Ecclesiasticam Iae-
dentes, de jure et de consuetudine incurrunt, et hoc
quidem universis fidelibus nostris, Praelatis, Magna-
bus, Nobilibus, tum Ecclesiastici, tum saecularis fori
iudicibus et justitiariis, cunctis denique praedictorum
Regnorum uti et Tranniae stratibus et ordinibus, aliis-
que quibuscumque subditis nostris praesentium noti-
tiam habituris, modernis et futuris, maxime vero Ge-
neralibus, Locumtenentibus, aliisque quibuscumque offi-
cialibus bellicis ubicumque locorum existentibus et
exstituris, hisce praecipimus et mandamus, ut si toties
mentionati Graeci Ritus uniti in praedecarata immu-
nitate se laesos apud vos questi fuerint vestrumque
auxilium et opem imploraverint, iisdem assistere, ac
eos contra quosvis hujus privilegii impetitores tueri,
protegere, ac defendere debeatis, quae dum praemissa
omnia, ac juxta illa praesens etiam Caeso-Regium di-

ploma mandatumque benignissime volumus et iubemus per supremos et vice-Comites, et Iudices nobilium in universis Comitibus Hungariae, Croatiae, Sclavoniae, ac etiam Tranniae, sedibusque sicularibus, pariter ac saxonice per supremos Capitaneos ac Regios Iudices, in quibus Graeci Ritus uniti degunt, tempore congregationum comitatum aut sedium publicari, ut ad omnium quorum oportet, notitiam valeat pervenire, si vero quipiam usu temerario his omnibus reluctantes apparerent, relationem nobis superinde facere debeatis, si opus fuerit tam evidenti malo severiori etiam manu medela tempestive adhibeatur, secus itaque nullus fidelium nostrorum facere praesumat. Jubemus praeterea ut harum transumptis, sive scriptis, sive impressis manu alicujus in autoritate ecclesiastica constitui vel Notarii publici subscripta, eadem prorsus fides tribuatur ac si hae ipsae in originali exhibitae fuissent, quas perfectas reddi semper volumus exhibenti, harum nostrarum duplici secreto sigillo nostro, quo ut Rex Hungariae utimur, in pendenti comunitarum vigore et testimonio literarum. Datum per manus fidelis nobis sincere dilecti Reverendissimi in Christo Patris Dni Leopoldi Sanctae Romanae Ecclesiae tituli S. Hieronymi Illyricorum Praesbiteri Cardinalis Kollonich Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Archi-Eppi locique ac Comitatus ejusdem supremi ac perpetui Comitatus, Primatis Hungariae, Legati nati, summi Secretarii et Cancellarii nec non Consilarii Nostri intimi, in Civitate Nostra Vienna Austriae, die decima sexta mensis Februarii, anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani XLIV, Bohemiae vero anno XLIII.

Leopoldus.

Leopoldus Cardinalis
a Kolonich Eppus Strigoniensis,
Samuel Kalnoki.

(Va urmá.)

ADRES'A

catra Escelenti'a si Preasanti'a Sa Domnulu Episcopu
alu Bucovinei

Eugeniu Hacmanu.

(Urmare din Nr. 19.)

Asta mesura, adeca slobozirea stipendiiloru, nici ar trebui se fia o noua impovorare a fundului: celtu'ela scolei este pe ann de: 8259 fl., de se va deschide dela anul viitoriu numai cate o singura clasa, in loeu de tote trei (3) deodata cumu este

proiectulu, s'aru economisa pe ann, dupa analogia socotindu, camu pe la 3000 fl., prin urmare in doi ani vro 6000 fl. Acumu de vomu socoti, de esemplu, stipendiile pentru trei tineri cate 600 fl. si tote pentru trei ani, abia s'ar face fl. 5400; eata dara ca fundulu nu aru perde nimicu.

Punemu inse si unu altu esemplu, o alta modalitate. Dupa hotarirea de acumu scól'a é a se infintia in tomn'a viitoare, adeca la Septemvre a. curg; de s'ar amena acestu terminu cu unu singuru ann, eata ca ar remané in despunerea fundului tota sum'a celtuelei anuale, care e destulu de insemnata, cá se se póta susutiné mai multi tineri pe totu timpulu trebuitoriu la institute mai 'nalte. Si asta modalitate nu este cu scaderea, ce chiaru cu crutiarea fundului.

Nici amu amintitu anca catotodata se va pute publica si concursu precumu aici, asia si 'n celelalte tieri romane, si dóra fiacare omu dreptu si binecugetatoriu va concede ca mai firesce, mai fratiesce, mai dreptu ar fi se aducemu alti romani, decatu straini.

Escelenti'a Ta! credemu a fi aretatu cu aceste forte lamuritu si nedubitaveru, ca nu este nici o singura greutate, care se impedece implinirea respectuósei si legitimei nóstre dorinti, avendu noi onórea tototodata de a fi insemnatu si unele din midiuócele si modurile, prin care se voru putea delatura ori si care din asia numitele dificultati séu preteste, care obicinuitu ne se aducu inainte.

Din tote aceste temeuri si motive ponderóse si esentiale luamu libertatea de a presenta Escelentiei Tale cu totu respectulu, dara si cu tota caldur'a inimii, miscati de sentiulu unei mari sante indatoriri, urmatórea rugaminte:

Cá Escelenti'a Ta, dela a carui 'nalta invoire s'au ne'nvoire aterna acumu singuru tota infintiarea scolei reale-nationale, se binevoiesci a lega de preagratiósa-ti incuviintiare conditiunea strinsa si determinata, cá in acea scóla, spre a o face nationala in fapta si in adeveru, limb'a didactica, in carea adeca se face invatiamintulu, se propunu si se esplica obiectele studiiloru, se fia cea romana.

Dovedindu esperiinti'a, ca tote provisoriile au fostu nefavoritóre si periculóse drepturiloru si devoltarei nóstre nationale, prefacundu-se preacurandu in definitiva si statornica nedreptatire, se binevoiesci Escelenti'a Ta a nu incuviintia, cá si asta data anca subtu cuventulu de: „mesura provisoria“ séu subtu

ori ce altu pretestu, se se introducea o alta limba de didactica in loculu celei nationale; ca mai bine va fi si mai lesne ne vomu determina, daca asia va cere trebuinti'a, a asteptá anca unu anu si doi si catu se va socoti, — dupa cumu amu asteptatu si pana a. cumu unu timpu destulu de indelungatu, in care ne-amu deprinsu la raddare, si dupa cumu amu fi doritu a vidé mei bine amanata si infintiarea gimnasiului din Suceava, — decatu se avemu durerea a vidé ca — in contra vointiei espese a Maiestatiei Sale, in contra legiloru statutului — ne se vatama anca odata dreptulu celu mai santu, ca se repesce natiunei limb'a s'a, sufletulu ei.

Binevoesce Escelenti'a Ta, luandu in consideratiune tóte temeiturile si privirile espuse aici, a cumpani cu binevoitóre judecata tóte masurile, care voru paré proprie si necesarie spre implinirea respectuósei si dreptei nóstre dorinti, si a ordoná prin urmare: „cá se se faca decurundu ingrijire pentru propunerea invatiatoriloru suplinatori, escrierea concursului pentru invatiatorii definitivi (nationali), precumu si pentru tinerii, cari, alesi intre cei mai calificati, ar voi a se pregati pe la alte institute pentru chiemare de invatiatori, a se face dara respective si ingrijire pentru invoirea si defigerea unui numeru indestulatoriu de stipendii, precumu si in urma pentru infintiarea unei comisiuni spre adunarea si adaptarea cartiloru trebuitóre.

Patrunsi de incredintiarea, ca inaintea unei binevoitóre si determinate vointi, sprijinita cumu aru fi in casulu de fajia de 'nalt'a positiune a Escelentiei Tale, se voru plecá si voru desperea ori ce greutati si impedecari, mai alesu fiindu dreptatea, interesulu si glasulu natiunei, prin urmarea si binecuvantarea lui Dumnedieu cu caus'a nóstra, succesulu acestei va fi privitu cu multiamire cá unu bine, pe care Escelenti'a Ta vei fi facutu natiunei romane, va fi privitu cá o dovada de simpatia inchinata acestei, precumu si de ingrijirea-ve archipastorésca pentru cultur'a si in florirea ei.

Noi din parte-ne amu saluta cu bucurie momentulu, in care s'ar vedera, ca intru apararea intereselor natiunali pastor'i si fii sunt inspirati totu de o dorintia, ca si aici cá in celelalte tieri romane a le Austriei — unde fratii nostri sustienu cu unanimitate, zelu si intieptiune o lupta mareatia pentru biserica si natiune, meritandu prin aceast'a recunoscintia nóstra

si admirarea lumei — inaltii proestosi, supremii ierarhi ai bisericii sunt totuodata si capii natiunei.

Fia-ne ertatu in capatulu acestei rugaminte si espuneri a rosti incredintiarea, ca 'nalta luare aminte a Escelentiei Tale de siguru nu va trece cu videre tóta gravitatea imprejurariloru de fajia, recunoscundu indata, ca caus'a, a careia midiolocitori ne-amu facutu inaintea Preasantiei Tale, infaçioséza o cestiune de principu, de dreptu, de onóre natiunala; cumu se va decide ea, asia voru fi s'au pastrate, s'au vatamate tóte aceste. —

Cernauti, 14/26. Mart. 1862.

(Asta adresa, care din scurtimea timpului nu s'a pututu tramite pretutindene si din care cerculéza anca unu esemplariu spre subscriere, s'au infaçiosiatu prin o deputatiune numerósa Escelentiei Sale in 20 Aprile (2 Maiu) 1862.

Puplicandu urmatórele subscrieri eunoscute pana acumu, nu ne indoimu ca fiacare compatriotu, recunoscundu dreptatea si santienea causei acesteia, o va sprijini prin impertasirea s'a).

Din proprietarii nobili mari si mici:

Cavalari de: Michaile Zota, Joane Costinu, Emanuilu Súrcea, Tóderu Buchentalu, Alesandru Grigorcea, Constantinu Zota, Joane Zota, Brl. Ales. Vasilco, Grigoriu Goianu, Const. Zanusiu, Dumitru Popovici, Georgiu N. Flondoru, (si vornicu din Storojinu), Georgiu Giurgiuvanu, Alesandru Costinu, Dumitru Goianu, capit., Joanu Goianu, Leonu Vasilco, Georgiu Popovici, Alesandru Popovici, Jancu Goianu, Georgiu Hurmuzachi, Ales. Hurmuzachi, Nicolaiu Hurmuzachi, Ilie Vasilco, capit., Georgiu Cernesei, Jancu Popovici, Alesandru Goianu, Barul. Nic. Vasilco, Georgie Costinu, Eugeniu Stircea, Victoru Stircea, Michailu Popovici, Vasiliu Balosiesculu, Const. Vasilco, Const. Mirza, Ionica Costinu, Jancu Lupulu, Dumitru Vasilco, Nic. Vasilco, Joane Janusiu, Dumitru Perjulu, Vasiliu Zota, Eugeniu Calmutici, Georgiu Tabora, Georgiu Cosmitia, si vornicu din Repujeniti), Joane Calmutichi, Joane Barbulu, Vasili Borsianu, Toaderu Braha, Joane Scraba, Michaile Scraba, Petru Braha, Nicolaiu Tomorucu, Michaile Hertia, Ales. Holinsci, Joane Smolinsci, Dumitru Prescurniculu, Grigoriu Cudlea, Isaie Dulgeriu, Ilie Neagulu, Alesandru Janusiu, Michaile Ilica, (vornicu din Brosc.), Ilie Ilica, Joane Maniliciu, Stefanu Paulovici, Nicolaiu Popesculu, Ilie Popesculu, Leonu Popesculu, Nicolaiu Balasinovici, Leonu Tabora, Stef. Balasinovici, Joane Neagulu, Dumitru Janusiu, Georgiu

Janusiu, Stefanu Janusiu, Joane Draginicu, Joane Janusiu, Teoderu Minthiciu, Ignatu Teutulu, Const. Draginda, Const. Teutul, Mich. Teutulu, Vas. Teutulu, Joane Licperda, Joanu Pausiu, Joane Bejanu, Mich. Tinta, Vas. Tiuta, Ales. Semaca, Ales. Draghiniciu, Const. Draghiniciu, Nicolaiu Stehanu, Joane Vladu, Georgiu Brinzanu, Alesandru Oncea, Joane Costresiu, Joane Grusietichi, Const. Popenea, Const. Patapievici. Andreiu Coceala, Carolu Baronei, Toader Aibota, Vasiliu Tiopa.

Din cleru:

Teoctistu Blajevici, protosing. rect. sem. egum. Veniaminu Iliuti, protos. si catech. gimn. Prof. de teologie: Nicolaiu Hacmanu, protopresv., Vasiliu Janovici, Joane Calinciucu, Const. Popovici, protopresv. Vasiliu Mitrofanovici, Michaile Calinoschi, adm si cat. gimn., Vasiliu Iasievici, direct. scol. prepdlle si normale, Samuile Andrievici, parochu din Ceahoru si protopop., Georgiu Grigorovici, par. si protopopu Suceavei, Emanuilu Isopesculu, par. din Zaharesci, Dumitrie Buceschi, par. din Iisiesci, Grig. Procopoviciu, par. din Voithinelu, Leonu de Androhoviciu, par. din Balaceana, Joane Medvigu, parochu, Joane Mitrofanovici, par. din Rarancea, Joane Mandaceschi, par. din Costina, Joane Beldeanu, cat. din Suceava, Georgiu Popovici, par. din Hatna, Petru Androcovici, par. din Dragoesci, Constantinu, Grigorovici, par. din Capulcodrului, Joane Mandrila, par. si protopopu, Gavriile Jeremievici, par. din Berchisiesci, Const. Grigorovici, par. din Bosance, Antonu Dumitrovici, par. din Stupea, Leonu Turtureanu, par. din Cernauca, Georgiu Lumicoschi, adm. par. din Suceava, Const. Andrievici, cat. gimn. din Suceava, Grigorie Popesculu, par. din Margine, Georgiu Strejaci, par. din Perhouti, Joane Tarnaschi, par. din Broscouti, Joane Levitichi, par. din Sinotiulu din josu, Georgiu Piotroschi, par. din Seretu, Vasiliu Drabici, par. din Orasieni si protopopu, Dumitru Cozubu, par. din Crisceatecu si protopopu, Simionu Dasicevichi, par. din Ocna, Joane Dasicevici, par. din Vasileu, Mihaile Hnidei, par. din Cincau, Joane Tarnovetici, par. din Stauceai, Gavriile Calineicu, par. din Borouti, Georgiu Hnidei, par. din Vasileu, Petru Patapievici, par. din Cadobesci, Nicolaiu Sauciu, par. din Verenceanca, Thitu Tomiuc, par. din Zastavna, Joane Janovici, par. din Babinu, Pavelu Javoroschi, par. din Verbouti, Joane Alimanu, par. din Cucuru micu, Const. Cantemiru, par., Alesandru Levitichi, par. din Brodocu, Georgiu Paulovici,

par. din Dobronouti, Grig. Vorobchievici, adm. par. dia Horosiouti Boianciuci, Michaile Iliuti, adm. par. din Reuseni, Parteniu Popesculu, adm. par. din Cernauti, Arteni Jeremievici, teol. abs.

Din deregatorii publici:

Epaminonda Bendela, c. r. direc. canc. trib. super., Jon. Atanasievici, c. r. adj. si alesulu oras. Cernautilu, Leonu Ciupercovici, c. r. secretariu jud. Joane de Reus, c. r. of. gub., Dumitru Dasicevici, c. r. adj. de trib. Vasiliu Pitiulu, c. r. com. de fin., Jon Sucevanu, c. r. adj. de pretura, Toaderu Ciuntuleacu, c. r. of., Georgiu Andronici, ingin. trib., Nicolaiu Stefanovici, Toma Cercaschi de Jelita, samesiu sem. Jon Grigorovici, c. r. of. de gub., Jon Oneiulu, c. r. asist., Vasiliu Iasievici, c. r. of., Georgiu Antonovici, visteriutu oras. Sucevei, Aloisu J. Micu, c. r. contr., Jon Paulovici, c. r. mag. de posta, Georgiu Voronca, c. r. of. de jud., Emanuilu Bendeovski, c. r. con. prapt. la gub., Orestu Reni de Hersieni, c. r. con. prapt. la gub., Leonu Popesculu, c. r. con. prap. la gub., Erastu Ceahovschi, c. r. auscult., Artemiu Ciuntuleacu, c. r. acces. de posta, Leonu Rei, of. de magistratu, Vasiliu Paulovici, prat. de posta, Georgiu Teodosevici, c. r. samesiu in Zastavna, Vasiliu Halitichi, c. r. of. de de trib., Vasiliu Voiutichi, c. r. canc. pens., Vasiliu Zota, asist. de turg.

Din invetiatorii publici:

Jon ala lui G. Sbiera, Jon Drogli, Jon Litviniuc, Hrisantu Mateasievici, Jon Zebacinski, Jon Danalachi, Stefanu Barbutia, Dumitru Socoleanu, Emanuilu Palievici, Georgiu Stoianu, Simeonu Palievici, Deonisiu Tarnovietici, Onofreiu Popovichi, Toma Popovici.

Din clasa orasienilor si alta inteligintia:

Ilie Botezatu. apot. in Suceava, Alesandru Zota, conc. de advoc., Ambros Dumitrovici conc. de advoc. Paulu Paicu, conc. de advoc. Emilu de Balosiesculu, Georgiu Stoleriu, Lazaru Lutia, cantr., Jon Dumitrovici, Petru Maesimovici, Mich. Mihalesculu, Jon Lathisiu, Mich. Michalesculu, vornicu in Cernauti, Stefanu Antonovici, vornicu si juratu, Georgiu Hothincianu, Mich. Hothincianu, Petru Hothincianu, Toaderu Hothincianu, Atanasiu Mihalesculu, Grigoriu Carausiu, Petru Rosiusianu, Georgiu Nedelco, Grigoriu Cussinu, Toaderu Mihalesculu, Michaile Abageriu, Nicolaiu Romanovici, Jon Popovici, Jon Giosanu, Toaderu Tarnovietichi, Anthipa Voronca, Vasiliu Jacobetiu, Georgiu Voronca, Toaderu Voronca, vornicu din Horecea.

Alesii orasiului Seretu si alti orasieni in numele celorlalti.

Jon Gorasiu, deputatu, Jon Nastassi, deputatu, Cosma Carausiu, deputatu, Grigoriu Onciulu, Constantinu Telimanu, Toader Stefanuc, Dumitru Stefanuc, Toaderu Popovici, Georgiu Socoleanu, Dumitru Janachevici, Nic. Bodnarovici, Petru Berlinschi, Petru Popovici, Michail Nastassi, Vasiliu Stefanuc, Vasiliu Sereteanu, Simeonu Popovici.

Vasiliu Mandaceschi, parocu din Bahrineschi, Joane Medvigu, adm. par. din Toporouti, Constantinu Voronca, par. din Gogolina, Emilu Simighinovici, par. din Boianu, Thitu Turtoreanu, preotu ajut, Jon Botezatu, Stefanu Botezatu, Lazaru Jenachevici, Panaite Gorasiu, Andreiu Lusu, Constantinu Stefanuci, Vasiliu Calomitici.

Mihaiu Gramatovici, invatiatoru, Ilie Veslovsci, adm. par. din Toporoutiu, Alesandru Cozubu, Vasiliu Vereha, cant., Toad. Volcinschi, Constantinu Botezatu, orasianu.

Insciintiare de prenumeratiune la renumitul opu „Fabiola, séu beseric'a Catacumbeloru“ de Nicolau Wisemann, in traducere romana.

Teologii romani din Vien'a, pentru dea corespunde scopului societatei noastre besericésci literarie, si pentru d'a contribui si noi baremu o mica particea la maretiulu edificiu national, la inaintarea literaturii: traduseramu in limb'a materna, romanulu titulatu: „Fabiola séu beseric'a Catacumbeloru“, acestu opu adeveratu clasicu, esitu din pén'a Archiepiscopului de Westminster N. Wisemann este óre de lipsa, se-lu comendamu onoratului publicu romanu?! Destulu lu comanda criticele favoritórie, cari-lu intempinara indata dupa esirea lui, destulu 'lu celebreza acea giurstare, ca e tradusu in tóte limbele culte europene. — Acestu opu acomodat ambeloru secse, é atatu pentru juni, barbati si betrani, catu si pentru invetiati séu mai puçinu invetiati o leptiune fórte folositória, care pana ce imple despre o parte animele de desfatere si mangaiere si tiene pe lectori in cea mai mare luare aminte si interesare paná in capetu: de alta parte e edificatoriulu plinu de invetiaturi si fórte aptu pentru sternirea si nutritia semtieminteloru religióse — morale.

Autoriulu ne propune in densulu o icóna adeverata a Romei strabune si a besericeii din cele 3

vécuri antaie a crestinatatei; ne face cunoscuti cu morarile, datinele, imitarea virtutiloru crestine; si din contra facundu-ne urite vitiurile si virtutile primiloru crestini é in opusetiune cu aceste arata datinele, conceptele si peccatele lumei pagane, stirnindu in noi amirarea, iubirea si imitarea virtutiloru crestine, coruptiunea paganiloru. Acésta singura ar poté fi destula recomandatiune pentru opulu nostru. Dara mai e anca o impregiurare, carea lu face cu multu mai pretiutu, si mai interesantu pentru publiculu romanu anume: ca teatrulu, unde se petrecura evenemintele insirate in densulu, e Rom'a vechia, — leganulu natiunei nóstre, de unde ne derivamu originea, datinele, limb'a si religiunea; si persónele, cari figurédia in dinsulu, sunt romanii strabuni, parintii nostri!

Traducerea s'a facutu din limb'a germana dupa editiunea a 5-a din coloni'a din an. 1860, in o limba pe catu se póte mai intielésa si mai populara, si fiindu-ca autoriulu, si retienú dreptulu traducerii opului seu in alte limbe straine, recurseramu la dinsulu, cerundu facultate, d' alu poté straplantá si in campulu literaturii nóstre, carele cu multa bucuria ne aplacida cererea intr' o epistóla scrisa cu man'a s'a propria.

Dupace dara opulu acumu e gata numai de pusu sub téscu: avemu onóre a provocá pre toti binevoitorii nostri si inaintatorii literaturii nationali, cá se binevoiesca a concurge la sprijinirea acestei intreprinderi modeste, cu atatu mai vertosu, ca esirea-i la lumina depinde singuru si numai dela imbraçisiarea on. publicu; ca prin acésta deschidemu unu ramu nou, pana acumu anca necultivat, in literatur'a nóstra din Austri'a, si ca venitululu curatu se va sacrificá pentru immultirea bibliotecei nóstre nationali de aici.

Cartea va esi de sub tipariu, si se va tramite on. abonati la inceputulu lui Iuliu.

Pretiulu e numai 1 fl. 50 cr. m. a. Dicemu „numai“ pentru ca opulu contine 30 de cóle mari in tipariu (aprópe de 500 de pagine) si o carte atatu de ampla, cu unu pretiu atatu de micu, nu numai in literatur'a nóstra; ci si la alte popóre, unde numerulu leptoriloru este neasemenatu mai mare, e unu lucru fórte raru. Dara noi hotarimu acestu pretiu micu, sperandu spriginirea caldurósa a on. publicu, si neasceptandu alta remunerare pentru ostenelele nóstre, decatu consciint'a dulce ca amu facutu si noi ceva — dupa puteri — pentru scumpa natiunea nóstra.

Prenumeratiunea se face prin epistóle francate, sub adres'a „Teologiloru romani dela Universitate, Vien'a, Schönlaterngasse Nr. 750“ Ne rogamu deci cá pretiulu se ni se tramita catu mai curundu, séu celu multu pana la midiuloculu lui Iuniu, pentrucá se se póta acoperi spesele tipariului.

Datu in Vien'a 2. Maiu calind. nou 1860.

Dela societatea besericesca-literaria a teologiloru romani.

Nicolau Solomonu,
presiedinte.

Semnato prin
Justinu Popfiu, notariu.

Contientulu
ANALELORU STATISTICE
din anulu 1860

(De D. Martianu. Bucuresci. Vedi Gazeta Nr. 40.)
In statistica.

Raportu.

Orasiela dupa populatiunea loru.

Comunele rurale dupa numerulu populatiunei loru.

Case si cladiri.

Case si cladiri orasiene.

Case si cladiri in comunele rurale.

Totalulu caseloru si cladiriloru dupa judetie.

Animale.

Animale in comunele orasiene.

Animale in comunele rurale.

Animale. Recapitulatiunea generala.

Observatiuni.

Din economi'a natiunala.

Motive.

Uniunea duanaria.

Crisa comerciala.

Societati economici.

Mesura de lungime pondu si moneta.

Populatiunea.

Agriculturale. Programa. — Asociarea puteriloru. — Alte amenunte.

Industriale. Societatea prin actii a mórei cu aburu din Calafatu.

Comerciale. Impartirea agendeloru intre agricoliu si esportatorii nostri. — Comerciulu nostru cu Spania si cu tierile de viti'a latina. — Creditulu nostru in Germani'a. — Tractatulu intra Françi'a si Angli'a. — Pavilionulu romanu in Marea mediterana. Pentru esportulu pe vite. — Plangeri straine in contra consuliloru loru din Principele unite. — Duanele romane.

Comunicatia. Telegrafi'a nóstra autonóma. — Postele si trebuintia de conventii postale. — Inventiuni. — Inca ceva despre asociatiuni.

Finantiale. Despre reforme.
Descriptiunea statistico-economica a plaiului Lovistea (distr. Argesiu).
(Va urmá).

OD'A catra Maiestatea dieina.
Dedicata Sp.D. Andreiu Muresianu in semnulu adun-
cei mele consideratiuni.

Marire tie Dómne! fiintia eternále

Esvorulu nemoriréi, Parinte dulce, blandu;

Pre tine te maresce camen'a-mi verginale,

Ca-ci nu-e ca tine altulu in ceriu, si pe pamentu.

Carpatii, ce-si redica in nori maréti'a frunte,

A marei blónde valuri, azurulu sembitoriu;

Si lili'a, ce témedu in tufe verdi se-ascunde,

Vestescu a ta potere, si braçi-ti creatoriu.

Argentulu tremurante alu lunei gratióse,

Ce-si spala disculu splendedu in Oitulu spumatoriu;

Si rumenele budie a dioriloru frumóse

Reflecta cu placere eternulu teu amoriu!

Zefrulu blandu de séra, ce peste culmi adia,

Suspina catra tine prebune Dumnedieu!

Si 'n tunetulu teribilu, ce-alérga cu mania

Pe bolt'a innotata, resuna versulu teu.

A selbeloru orfana, plapand'a filomila

Te lauda 'n inmuri svave cu tonu incantatoriu,

Candu geme retecita pe-o antica movila,

In nóptea, ce te 'nsufla cu magice fiori.

Te 'naltia cheruvimii cu santa armonia,

Si binetecuenta a ceriului lucrui;

Torintele ce fuge in braçi de campia,

Sioptesce alu teu nume ridiendeloru viori.....

Pe mucéd'a ruin'a a gloriei strabune

Te-adóra si romanulu, abi'a mai respirandu,

Ca 'nfrantu de atate plage, si crancene furtune,

Tristu fruntea sa regale o'nchina la mormentu!

Ausculta sante Dómne! suspinele amare,

Ce se-altia susu la tine, ca alu-turei scumpu odoru;

Invia, reinvia din somnulu milenare.

Spre fapte glorióse pre cestu strabanu poporu!

Viena.
Justinu Popfiu.

Redactoru respundietoru
Iacobu Muresianu.

Editionea: in tipografi'a lui
Ioanne Gött.